

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1454

Autre(s) référence(s) : Fauroux 27 / Tabuteau 123 / ARTEM 2670

Auteur(s) : Richard II, Normandie (duc)

Bénéficiaire(s) : Saint-Wandrille-Rançon, Saint-Wandrille (abbaye)

Genre d'acte : diplôme

Authenticité : faux

Datation : 1024, août

Lieu d'émission : Fécamp

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Richard II confirme à Saint-Wandrille la possession de ses biens, à savoir : l'emplacement de Fontenelle et ses dépendances de Gauville, de Betteville et de Rançon ; Caudebec, « Ansgothmoulins » (auj. Sainte-Gertrude) avec leur haute et basse justice ; l'eau depuis « Ansgothmoulins » (Sainte-Gertrude) jusqu'à la Seine, la dîme du tonlieu de Rouen ; dans le faubourg de cette ville, l'église Saint-Laurent avec les hôtes et les coutumes ; l'église, les dîmes, les hôtes et la pêcherie d'Arques ; la dîme du tonlieu de Dieppe ; l'église de Bouteilles ; l'église de Martigny, de Saint-Aubin, de Noville, tous ces biens étant exemptés de la juridiction de l'évêque ; Carcuit et ses dépendances ; l'église de Gonnevillle et quatre hôtes ; Bertreville [-Saint-Ouen], neuf hôtes, deux cottiers (coctarii) et les dîmes ; un alleu à Monterolier et la chapelle Saint-Désiré ; le domaine et l'église de Fontaine-en-Bray et de Bradiancourt ; l'église de Neufbosc, de Bosc-Mesnil ; celle d'Esclavelles avec les coutumes de la forêt ; le domaine et l'église de Brémontier ; l'église de Fréauville, de Bailly, l'église et le domaine de Glicourt ; Béthencourt ; l'église et les dîmes de Guilmécourt, de Grainville [-la-Teinturière] ; six hôtes à Coquereauumont ; la terre et les hôtes de Bénouville ; la terre et les hôtes d'Etretat avec un navire pouvant pêcher librement dans tous les ports de Normandie ; un moulin à Fécamp ; Veraval ; l'église d'Hautot ; deux hôtes à Ecretteville ; l'église de Louvetot ; les dîmes et les terres de Maulevrier ; le libre passage des bacs et des navires remontant et descendant la Seine en transportant une marchandise ; le domaine et l'église de Livry en Bessin ; l'église de Caumont ; l'église de Cheux avec la dîme et neuf hôtes ; l'église de Mesnil-Patry ; le domaine et l'église de Basly ; un hôte et la dîme de la foire du Pré à Caen ; en Hiémois, les églises d'Exmes, de Chambois, d'Omméel, d'Avenelles et d'Argentelles.

Tableau de la tradition

Original

A. Rouen, Archives départementales de Seine-Maritime, 16 H 27 (1). Pseudo-original

Éditions principales

- a. Lot Ferdinand, *Études critiques sur l'abbaye de Saint-Wandrille*, Paris, Champion, 1913, n° 11, p. 42-49.
- b. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 27, p. 113-116.

Dissertation critique

Faux de la seconde moitié du XI^e siècle selon FAUROUX, p. 114. Tandis que Fauroux l'appelle "B" dans son tableau de tradition, la base ARTEM le concidère comme "pseudo-original".

Texte établi d'après b

[Pax ubique hec elementa lege]ntibus. Quia humana fragilitate prepediti atque terrena inhabitatione aggravati, in multis offendimus omnes, eorum nobis patrocinia comparare [necesse e]st qui [et carnis imped]imenta viriliter abrupperet et mundana fideliter proterentes inseri cælestibus meruere. Quod ego, RICARDUS nutu Dei Normannorum princeps aduertens, consideratis Fontanellensis cænobii privilegiis, suggerentibus abbate et fratribus, jussi nonnullas libertates in unum colligere quæ sub diuersis cyrographis habentur de Sancti Wandregisili possessionibus, quia carte, quæ plures sunt numero, facile aut negligentia sepe perduntur aut fraude malignorum furtim subtrahuntur. Igitur hæc omnia, quæ subter scripta sunt, ab antiquis temporibus usque ad nostra tempora ad Fontanellense monasterium legitimo jure probantur pertinere : Fontanella, ubi constructum esse videtur illud monasterium quod pristino nomine sic [est dictum] cum viculis ad ipsam respicientibus, videlicet Gothvilla, Bethewilla, Resentio, Caldebec, Ansgothmoulins, cum omnium earum justicia alta et bassa per totam æbdomadam nundinarum [medie quadragesime et arrestis ; insuper] totam aquam fluentem ab Ansgothmoulins ad fluvium Sequane cum omni piscaria ; decimam quoque totius thelonei quod Rothomagi accipitur [et in suburbio ejusdem] urbis, æcclesiam Sancti Laurentii cum hospitibus et terra ad eandem pertinente et consuetudinibus ; et in eadem urbe domum unam ; similiter de Archis, et æcclesiam cum decimis [et hospitibus et] piscaria per totam æbdomadam precedentem festum Sancti Wandregisili ; similiter decimam thelonei de Dieppa ; æcclesiam de Botelles, cum decimis, terris et hospitibus ; æcclesiam [de Mart]egnny cum decimis, terris et hospitibus ; æcclesiam Sancti Albini cum decimis et .XII. bouvatis terre et hospitibus ; Nothvilla cum omnibus superius nominatis, solidis ac quietis ab omni pontificali querela ; Carcuit in plano et bosco et villulis sibi adjacentib[us, cum] duobus molendinis et piscaria ; æcclesiam de Gonnevillæ et .III. hospites ; in Bertrevilla, .IX. hospites cum duobus coctariis et decimis ; et alodum quem de me tenebant Osbernus et Ansfredus frater ejus, in Monasterio Odilerii, cum æcclesia, terris ac silvis et capella Sancti Desiderii, quando facti fuerunt monachi, quorum sororem Papiam duxi in uxorem ; villam quæ dicitur Fontes in Brayo, in plano et bosco, et æcclesiam ; Brendiauco[urt cum æcclesi]a ; æcclesiam de Novo Bosco ; [æcclesi]am de Bosmenil cum suis pertinentiis ; Esclaveles et æcclesiam cum consuetudinibus in foresta ; Bræmoustier et æcclesiam ; æcclesiam de Freauville, cum pertinentiis et hospitibus ; æcclesiam de Basleyo cum pertinentiis ; Gliscuriam, in plano et bosco cum æcclesia ; Bethencurt, cum aqua, molendinis et pratis ; æcclesiam de Gillemecurt cum decimis et aliqua parte terrarum ; æcclesiam de Greinvillæ cum decimis, terris et hospitibus ; et in Cocheriaumont, .VII. hospites ; in Bernouvilla, terram et hospites ; in Estrutat, terram et hospites et unam navem liberam et quietam ad omnem piscationem per omnes portus Normannie ; in Fiscannum, unum molendinum ; Weravast et Hotot cum æcclesia et pertinentiis ; et in Scrutavilla, .II. hospites ; Louvetot et æcclesiam cum decimis et terris apud Mallevrier ; liberum quoque transitum baccorum eorum sive navium per Sequanam ascendentium aut descendentium, vina aut blada seu aliqua alia portantium, et ab omni coustuma pontagii vel transversa, quantum extenditur justicia mea ; in pago Baiocassino, Liberiacum cum æcclesia et omnibus suis appendiciis et æcclesiam de Calvomonte, æcclesiam de Cheus cum tota decima, et terram unius carruce sufficientem et .IX. hospites, æcclesiam Mesnilpatric, Basly et æcclesiam cum decimis et hospitibus et uno molendino, apud Cadomum. I. hospitem et decimam nundinarum de Prato ; in Oximensi pago, æcclesiam de Oximis, cum decimis, et .II. hospites et decimam thelonei, æcclesiam Cambagi, cum decimis et hospitibus et theloneo, æcclesiam Ulmiri, æcclesiam de Avene, æcclesiam de Argentele, cum decimis et hospitibus. Hæc omnia, non ex dono alterius, sed ex mea largitione cænobium Fontanellense in perpetuum teneat ad restaurationem ejusdem loci, qui a malignis et perversis dudum subversum fuisse dignoscitur. Quæ mea auctoritate corroboro ac confirmo, ac cum consilio et auctoritate episcoporum et abbatum meorum æterno anathemate ferio eos omnes qui inde fraude aut violentia aliquid subtraxerint aut alienaverint, cum testium subter ascriptorum [firma astipulatione]. Signum Ricardi + principis, qui hanc cartam fieri jussit. Signum Papie + comitis. Signum Roberti + Rothomagensis archiepiscopi. Signum Hugonis + Ebroyensis episcopi. Signum + Mangisi episcopi Abrincatensis. Signum Rotberti + episcopi. Signum Ricardi + filii Gisleberti comitis. + [Signum Rogerii Montis Gomerii. Signum Launo]mari [militis de Bu]tetot. Signum Odonis filii Launomari. Signum Vuillelmi + filii Osberni. Signum Gisleberti + de Noiers. Signum + Giraldi. Signum Gisleberti + de Fraisnoise.

[Actum Fiscani publice, mense] Augusto, anno ab Incarnatione Domini .M. XXIII., indictione .VII.,
regnanteRoberto rege.